

G.K.
432
28'

X1860618

II c
1334

Q. D. B. V.

GRATIA SALVATORIS
TRIUMFANTIS

ET

Inclytæ Facultatis Philosophicæ consensu

DE

TRIUMFO
ROMANORUM,

PROPONIT

PUBLICÆ VENTILATIONI ERUDI-
TORUM;

DISSERTATIONEM HISTORICAM

PRÆSES

M. JOH. DAVID DRABITIUS.

S. S. Theol. Studiosus,

RESPONDENTE

JOH ANNE FRIDERICO THINCKELIO
LIPS:

AD DIEM XVII. AUGUSTI,
ANNO MDCLXVII.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

LIPSIÆ,
Litteris SPÖRELIANIS,

BIBLIOTHECA
PONICKAVIANA



1072.

GRATIA SALVATORIS
FIRMAMENTIS

DE

TRILLUM
ROMANORUM

PROPOSIT

DISSECTATIONEM HISTORICAM

PRÆTER

JOH. DAVID BRABTIUS.

1728

LEIPZIG

JOH. ANNE FRIDERICO THIBERTIO

AD HOC

ANNO

1728

UNIVERSITÄT
LEIPZIG





IN NOMINE JESU!



Nter Romanorum spectaculorum genera, uti frequentissimum, ita celeberrimum fuit istud, de GLADIATORIBUS, propriè alias dictum MUNUS, quo & mortuis officium præstare intendebant. Cum enim olim animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum esset, captivos vel malo ingenio servos mercati in exsequiis immolabant: Qui usus ab Hetruscis, & sic à re funebri, ortus. Hisce fuit LUDUS & ARENA: Incedebant autè diversis armis: Quidà ab armis, quidà à locis, quidà à tempore, diversi dicebantur. Antequàm autè pugnam accedebant, ante diem muneris fuit apparatus & invitatio; Ipso die pompa, compositiones, ostensio ornamentorum, prælusio tuba, cantus, & versa arma. Cum jam in pugna erant, componebant se gladiatores, & colligebant in arma miram arte & curam sui defendendi, alterius petendi, hæc enim ipsis erat proposita fors; aut occidere, si occupaverit, aut occumbere si cessarit. Tandem finit hæc pugna, Victori erat palma. Quemadmodum autem hæc palma nulli alii dabatur, nisi qui illam forti animo & manu promeruisset: Ita & olim nulli curru triumphali invehit licuit, nisi qui multis hostibus æsis, dignus à Senatu, & populo æstimatus fuit. De hac nunc Triumphali pompâ pauca dicere mihi proposui. Melioris cognitionis gratia verò, tria constituam præsentis meæ dissertationis capita; ubi

PRIMUM ONOMATOLOGIAM,
 SECUNDUM ORTHOGRAPHIAM,
 TERTIUM PRAGMATOLOGIAM, monstrabit.

DEUS benedicat ex alto,

A 2

Sit



Sit itaque
CAPUT PRIMUM

De
ONOMATOLOGIA

Ubi

APH. (1.) Originem. (2.) Etymologiam, (3.) Synonymiam.
 (4.) Homonymiam monstrabit.

APHORISMUS I.

In Onomatologia non immeritò primò inquiremus in
 quæstionem. UNDE SIT.

a) Ut vult
 Varro lib. V.
 de lingua
 latina.

b) lib. VIII.
 cap. 56.

c) l. IV. p. 147

§. 1. Esse, & fuisse Triumphum, non est dubium; sed
 jam inquirendum est unde sit? Dubium autem non est, quin
 Triumphus natales suos debeat Baccho, [a] de quo communis fa-
 ma est, quod primus omnium India subacta Triumphum duxerit;
 ut videre est apud Plinium [b] Diodorus Siculus [c] Bacchum
 tract. de Indis καταγαγεῖν πρῶτον τῶν ἀπείλων Θρίαμβον ἐπὶ
 ἐλεφάντων Ἰνδικῶν. Apud Romanos vero primus Triumphi autor
 creditur **Romulus**, qui Acrone, Cæninensium Duce seu Rege occi-
 so exercitu Victore reducto spolia Ducis hostium cæsi suspensa,
 fabricato ad id apte ferculo gerens in Capitolium ascendit. †
 Qua de re legendus Livius & Plutarchus in Romulo.

§. 2. Fuerunt autem Triumphi à Romulo usq̄ ad ex-
 tremam Augusti, circiter 312 & ex his primi non nimis uberes, ta-
 men modici, magis magisque tamen creverunt inde. Origini-
 nem autem habet Triumphus à **Tarquinio Prisco**, † Quinto in Rom.
 Imp. Rege, hac tamen distinctione ex Plutarcho, quod Ro-
 mulo Triumphus terrestris; **Tarquinio** vero Prisco curulis initium
 tribuatur. (d.)

d) Vid. Mag.
 Dn. D. Krom.
 Præcept. mei
 æviternum co-
 lendi hist. Eccl.
 p. m. 16.

APHORISMUS II.

Absoluta quæstione Unde sit; Inquirendum est
 porrò in ejus ETYMOLOGIAM.

§. 1. De huius vocis Etym. non omnes consentiunt
 autores. ISIDORUS [e] Triumphum deducit ἀπὸ τῆς Θρίαμβῆς
 ab

e) lib. XVIII
 Orig. cap. 1.

†. Dion. Halicar. lib. XI. p. 102.
 lib. 1. hist. Rom. c. V.

† ut vult FL. Eutropius & Florus

ab exultatione, quod is, qui Triumphans urbem ingrederetur, latitudinâ voce, exercitus honoraretur.

§. 2. VARRO (f) triumphare inde dictum putat, quod milites olim Romani Triumphatorem comitantes in urbem, eundem deducentes in Capitolium, has subinde voces repetere consueverunt; JO! TRIUMFE, JO! *Venusinus Od. 2. lib. IV.* sumpto nomine à græco Liberi Patris cognomento, qui græcè *Ῥιᾶμβος* fuit dictus. f) lib. V. X. de lingua latina. a, tribus triumphis;

§. 3. ZONARAS (g) vult Triumphum dici à græco *Ῥιᾶ* in Dioclesiano. *Ῥιᾶ*, quæ folia sunt ficus, quod milites in Triumpho foliis ficulnis ora, Triumphantem dictis & salibus aspergerent.

§. 4. TRANQVILLUS dici existimat Triumphum esse origine vocabulum latinum, à, *τρεῖς* ter, & *φωνος* sonus, quia tres canerent, vel tripliciter caneretur ad laudem victoriæ. Et à *τρία* quasi *τριάμβος*, quia qui triumpharet, triplici iudicio honoraretur; PRIMO enim exercitus de Triumpho Duci decernendo iudicabat; DEINDE Senatus; DENIQUE populus.

§. 5. DIODORO SICULO (h) Triumphus vocatur, à *πρὸς Ῥοε* v, quod est accinere sive acclamare, & *ἰαμβίζειν*, quod est maledicere, quod in Triumphis bellicis convitiantes anapestis uti consueverint; prout docet Lilius Gyraldus (i) Hesychius & post eum Svidas à *πρὸ τῶν Ῥηρῶν*, à feris Triumphum deducit, quas Bacchum volunt junxisse, cum Triumpharet. Potius nobis hîc arridet Isidori derivatio, ab exultatione. h) lib. IV. antiquit. rerum cap. II. i) Syntagm. VIII. hist. Deorum.

APHORISMUS II.

Expofita Etymologia; sequitur hujus vocis SYNONYMIA, qua nam gandeat Triumphus.

Orientalibus quidem ferè nomen nullum est, quo proprie ab unico pompam hujusmodi post impetratam victoriam designent. Sunt qui voce Ebræa *קָרָה*, quæ clamorem sive vocem notat; aut etiam *קָרָה קָרָה*, quæ idem significat Triumphum, denotari putant. Per Synechd. sc. ut pars ponatur pro toto, quem admodum B. Luth. illud *μετὰ βοῶν* (k) reddidit; *Mit grossen Triumph*. Similis figura est quando Triumphus exprimi creditur, *קָרָה* vel *קָרָה קָרָה* qua devicti hostes in Triumpho omnium ludibriis exponuntur. Unde & formula, *VÆ VICTIS*. Germani k) 2. Maceab. IV. vers. 22.



verò, Galli, Hispani, Angli, vocem Triumphus jamdudum civitate sua donasse videntur, adeo quidem ut nemo sit, inter civiliores populos qui nesciat, quid hoc nominis notet. GERMANI enim hoc vocabulum per **Triumff**. GALLI per **Triumfe**; HISPAN. Triunfo ó vencimiento. ANGL. Triumfe, à solempne pompeor Schevv for victorie obteaned.

APHORISMUS IV.

Jam restat in hoc primo capite, ut exponamus
Triumfi HOMONYMIAM.

§. 1. Sumitur autem *vel* proprie, *vel* improprie. *Proprie* pro tota pompa Triumphali, s. pro honore illo summo ac jucundissimo præmio, quo gratus & erga Deum, & erga Victorem declarabatur populus. Non quidem pro Imperio recuperato; d. pro aucto; prout rectè disting. Val. M. (l

l) lib. II. cap.
3. n. 4.
m) lib. II.
cap. XLII.

§. 2. *Improprie* pro successu exoptato expeditionis, ap. Velleium Paterc. (m Ubi sic ait: Salla lætus nocturnæ expeditionis Triumpho ad suos reversus est. Passim denicq; per Synechd. totius, Triumphus capitur pro ipsa Victoria, qua pugnantium pars una alteram prosternit, & opprimit, citra Triumphalẽ pompã; Jam facile ex dictis apparet, quia in significatione à nobis capiatur Triumphus, sc. *proprie*, & ex usu, tam Græcorum, quam Romanorum trita.

CAPUT SECUNDUM.

De

TRIUMFI ORTHOGRAPHIA.

Ubi queritur,

Quomodo hæc vox ex usu eruditorum
fit scribenda.

§. 1. Sunt qui ex nummis priscis, scribunt TRIUM-
PUS; quos notat Angelus Politianus (a quemadmodum & frequentissimè apparet in numismatis Adolphi Occonis. Latini enim Veteres, nunquam nisi in vocali aspirationem urgebant, dicebantque, pulcer, Kartaginem, Triumphus, ait Cicero in oratore & Quintiliano. [b Ubi narrat quod quidam ex rustico quæsierit, num nosceret Amphiona, quo negante Ampiona dixerit,

a) Miscell c. 19

b) lib XII.
cap. X.

xerit, qui statim à rustico sit agnitus, quia Latinis adspiratio post consonantem ignota.

§. 2. Verum brevi tempore nimius usus erupit aspirationis, ut non modo dicerent pulcher, Triumphus, sed & chorona, Chenturiones, Prachones, id quod acutè ridet Catullus.

Chommoda dicebat si quando commoda vellet

Dicere, & hinfidias, Arrius insidias.

Et post quadam interjecta:

Jonios fluctus postquam illuc Arrius isset

Jam non Jonios esse, sed hionias.

§. 3. Hinc igitur fluxit trita vocis nostræ scriptura, nimirum ut scriberetur vulgò TRIUMPHUS, quæ & Scriptura multorum animis adeò tenaciter inhæret, ut quasi censoria nota cendemnet eum, qui non tamen posthabita ratione F. pro PH. scribit, legitq; TriumFus. Verum absq; ulla offensa sic exarari posse vocem hanc rationibus non cõtemnendis, alii, non minorum gentium Viri literati propugnant.

§. 4. Ratio (1.) petitur à vetustiorũ nonnullarum inscriptionum harmonia, quas Justus Lipsius incorruptos testes esse dicit.

Adsunt enim inscriptiones quæ Triumphum cum F. exaratum exhibent, id quod præ aliis confirmari potest ex vetusto lapide in ædibus Capranicorũ viso, cuius Iconem nobis exhibet Thomas Dempsterus [c Inscriptio est talis: FL. Eugenio. VC. Ex. Præfecto. Prætorio. Cõsuli. Magistro. Officiorum. Omnium. Comitum, Domestico. Ordinis primi. Omnibusq; Palatinis. Dignitatibus. Functo. Ob. egregia. ejus in rempublicam. merita. DD. NN. Constantinus Victor. ac TRIUMFATOR. Semper. Augustus. &c.

c) in Paralip. ad cap. xxix. lib. x. antiqvit Rosini.

Eandem scripturam & aliorum lapidum fragmenta comprobant, quæ videre licet apud Janum Gruterum, in Volum. Antiq. inscript. (d. Ut ut vulgarem receptamq; consuetudinem alii d) p. 335. n. 5. lapides confirmare videantur. Huc accedunt Pandectæ Florentina, quæ non sublestæ sunt fidei. In his Vossius ait, reperiri Triumphum per F. scriptum; nec sibi aliter persuadere posse, quam veteres per F. idem scripsisse, addit Vossius.

§. 5. Ratio (2.) petitur à mutua convenientia literæ græcæ β cū latina F. Utraque enim litera solum stat9 est, eiusdēq;

or-



Organi pronuntiationis, unde trita regula Grammaticorum est;
Litera unius organi facile inter se permutantur; præstat β Græ-
 corum exprimere per F. quam per, PH. Huc accedit quod PH.
 apud Latinos non habeat locum, nisi in illis vocabulis, quæ ex
 lingua græca mutuo sumserunt. Excipiunt quidem hæc nonnul-
 li primam aspirationem literæ Θ è prima syllaba traieci in ulti-
 mam, unde & oportere dicunt scribi *Triumphum* per PH, sed
 hæc ridicula est traiectio, & ex analogia vix ac ne vix probabi-
 lis. Ideò non sufficit ad probandam vulgarem scriptionem,
 quare rectius alii coniiciunt Latinos ob sequentem literam ca-
 ninam R. quæ aspirationem in latina lingua, non admittit, eam
 planè tollere.

§. 6. Ratio (3) capitur ab aliarum vocum analogia,
 quæ exprimuntur per F. ut ut in græco sit ϕ . exempli loco sit
 Fama græc. $\phi\eta\mu\eta$, Fuga $\phi\upsilon\gamma\eta$, Fur $\phi\alpha\rho$, Fagus $\phi\eta\gamma\delta\varsigma$. Quod si
 igitur in his F. habet locum, cur non potius in illis obtineret se-
 dem vocabulis, uti in græco B. β .

§. 7. Ratio [4] à confinium linguarum, Italicae scil. &
 Hispanicae mutuo consensu. Itali enim & Hispani quoque non
 per PH, d. per F, potius sistant vocem nostram. Hi quidem suum
 Triunfo; Illi verò Trionfo. Ergò meritò concludimus unam-
 quamque linguam suam propriam in scriptione quoque retinere
 genium.

§. 8. Ratio [5] Denique capi potest ex modernorum
 nonnullorum Philologorum usu & consuetudine, qui non citra
 necessitatem, aut ob fastum aliquem Triumphum per F, scribunt;
 Inter hos principem obtinet locum, nobiliss. *Caspar Barthius*,
 qui passim in adversariis suis vocem hanc dicto modo hætenus
 exarare solet.

CAPUT TERTIUM.

De

PRAGMATOLOGIA.

Ubi

APH. (1.) Definitionem (2.) Causarum enumerationem,
 (3.) Causam efficientem, (4.) Finem, (5.) Mate-
 riam, (8.) Formam, (10.) Adjuncta, (12.) Di-
 visionem, docebit.

APHO.

APHORISMUS. I.

Absoluta Onomatologia & orthographia, sequitur in Pragmatologia Triumphus realis Definitio.

§. 1. Triumphus est pompa solennis, quam quis, qui auspicio suo hostes praelio devicisset in urbem cum incolumi exercitu rediens, Senatus primum decreto, post etiam populi jussa agebat.

§. 2. Pompa est Triumphus, qui apparatus fiebat cum ostentatione, hujusmodi apparatus fieri quoque solebat in sacris & funeralibus. Non solum autem dicitur pompa absolute, d. pompa solennis, quia solenni hoc est, more apparatus peragebatur Triumphus. Causalem vero dedimus definitionem, cum a causis ad quas refertur Triumphus omnis propositae materiae natura dependeat.

APHORISMUS II.

In causarum enumeratione, alia sunt externa, alia interna.

EXTERNAE sunt partim Efficiens & Finis, EFFICIENS iterum vel *ἐνεργητικὸν*, penes quem potestas fuerit dandi Triumphum.

Dandae hujus potestatis, sicut & Supplicationum & ovationum; (1.) penes Senatum erat (a) † qui & absenti Duci, quum de rebus egregie gestis maxime cognitum esset, Triumphum decernebant. [2] Paulo postquam res gestae Triumpho viderentur dignae, Patribus, Auctoribus, populi jussu Triumphus, decernebatur. [3] Si Senatus adversaretur per Tribunos ad populum ferri posse, populumque citra Senatus auctoritatem Triumphum saepe decrevisse, compertum tradit Alexand. ab Alex. (b) [4] Ab Imperatoribus occupata libertate ex eorum arbitrio decreti Triumphus, eoque res deducta, ut non modo ipsi Imperatores, sed & eorum Duces justos agerent Triumphos, ut apparet ex Suetonio.

a) Val. Max. lib. II. cap. VIII, n. 4.

b) lib. VI. Genual. dierum. cap. VI.

c) in Tiberio. c. 38.

B

APHO.

† Consules tn. L. Valerius & M. Horatius victis Sabinis & Volscis primi fuere qui negante Senatu, populiq; jussu & auctoritate Romae triumphum agere. Livi: lib. II, Attilius Cons. Samnio atq; Hetruria subactis negante Senatu, nec populo jubente auxilio Tribunorum triumphavit. Nonnullos sine auctoritate publ: triumphasse legimus non Romae, sed in monte Albano. Quod C. Cicerejum Praetorem subacta Calica & post ulato frustra triumpho fecisse scribit, Livius lib. LXII.

APHORISMUS III.

CAUSA EFFICIENS *αρχαταρχτική* est, cuius rei impulsu institutus fuerit Triumphus.

Causam huius instituti facile judicare licet, *tum* ex lætitiâ illâ, quam universaliter affert liberatio à bello terribili; *tum* ex favore illo, quo liberati liberatorem prosequerentur; *tum* ex qualicunq; notitia, quod Numini pro lato auxilio deberentur gratiæ solennes.

APHORISMUS IV.

CAUSA FINALIS, cur apud Romanos tot Triumphi magnifici instituti legantur.

Hæc merces & gratia Victorum virtuti & fortuna Imperatorum habita legitur apud Rom: *partim* ut animi tanta propostita gloria ad clarissimorum facinorum studium excitarentur; *partim* ut viderentur Deo exhibere gratitudinem pro eventû prospero. Hinc memorabile indicat Rosinus; [*d* quod apud Val. Max. de Fulvio Flacco legitur, [*e* illum fuisse exilio multatum, quia Triumphum honorem à Senatu decretum repudiaverat. Indicabant insolentiam, quâ gradus honorum publicorum contemnuntur ac projiciuntur, quibus aliâs multi ad studium virtutis accendi possent.

d) lib. X. Antiq. Rom. c. 19.
e) lib. II. cap. VIII. p. 88. n. 3.

APHORISMUS V.

INTERNÆ cause sunt Materia & forma. MATERIA & ea aut Inqua sive Subjectum cui nam triumphare licuerit.

f) Alex. ab Alex. Genial. dierum lib. I. cap. 22. p. 35. Tacit. III. Annal. cap. 18.

g) lib. XL. lib. VII. c. 26. lib. VIII. cap. 16.

§. I. Primum nemini, ap. Romanos nisi quis Dictator aut Consul, aut Prætor res gessisset, licuit triumphare, ex legibus quidem Triumphalibus, (f. à quibus tamen discessum fuisse notant, † Livius, Plinius, †† Val. Max. [g] Erat autem triumphus ingens:

† Discessum ab hac lege fuit, quâdo Lucio Cornelio Lentulo ovatio anno 513. & Cneo Pompejo Equiti tantû, & nondum in ordinem Senatorium adscripto ac vix dum annum 24. ætatis egresso, primus Triumphus anno 507. decernebatur.

†† Lentulo negatum esse triumphum, Livius scribit. Lib. 31. Ovans tamen illum intercedente T. Sempronio Longo Trib. pleb. in urbem esse invehctum.

gens honorum cunulus, quem multi duxerunt maximum vita
bonum, quo nisi magnis conatib9 devictis, perduellibus, Victo-
res bello Duces honest abant.

§. 2. Oportebat verò triumphum petentem esse (1)
civem Romanum, (2) extra urbem subsistere, ibiq3 decretum
Senatus expectare. [3] Quinq3 millia hostium una acie occi-
disse. (4) Præsentem esse ad urbem cum exercitu. (5) Nume-
rum nō deditorum, sed cæsum hostium literis Senatui referre.
(6) Jurare apud Quæstores urbanos, quod de numero occiso-
rum hostium & amissorum civium Senatui verè esset scriptum.
(7) non nisi de hostibus Triumphum agere, & quidem de iis quo-
rum aliqua esset dignitas. *

§. 3. Verum quamvis quis præclaras res, maximeq3
utiles Reipubl. civili bello gessisset, Imperator tamen eo nomine
appellat9 non est, nec ullæ supplicationes decretæ sunt, neq3 aut
ovans, aut curru triumphali triumphavit; quia ut necessaria istæ, ita
lugubres semper existimatæ sunt victoriæ, utpote non externo,
sed domestico partæ cruore. Ita nullus ductus fuit triumphus, ob
civilem victoriam. Ab Opimio & Q. Catulo. (b Val. M. Apud
Græcos servatum diu est, ut qui Imperator hostem fugasset, tro-
pheum erigeret; qui occidisset aut funditus evertisset Encomio
afficeretur, & peplo intexeretur † ut habet. Alex. ab alex [i

h) lib. II. cap.
8. n. 7.

i) lib. I. Ge-
neal. dierum.
p. 36. a. cap. 3.

APHORISMUS VI.

Materia circa quam s. objectum, de quibusnam Tri-
umphant Romanis.

Duces hostium erant, aut si qui obsides, quisq3 suo loco,
vestibus amicti insignibus, sed catenis onusti, Reges quidem

B 2

au.

* Impediendi rationes triumph; Vid. ap. Ros. Lib X. 29. Non enim statim
Imperatori s. Triumph. triumphare concedebatur, propter rationes im-
pediend. triumph. ex gratia in Lucullo videre est, qui triennio post tri-
umphant.

† Dicunt alii pepulum fuisse Velum Panathenaica navi, quam Atheni-
ens. quarto quoq3 anno Minervæ instruebant: alii esse vestem candi-
dam aureis clavibus pictam sine manicis.



b) Catenas nonnunquam. Duces in bellum egredientes secum gestabant, ad vincendos hostes, Flor. l. III. c. 7. Imo insignum servitutis duces tangebantur. Propert. IV. Eleg. 12. Ovid I. amor. 14. b) Sil. Ital. L. XVII. in fine. Ovid. IV. tr. El. 2. & Claud. n IV. Cens. Hor. c) n paralip. ad lib. X. antiq. Ros. c. 29. d) lib. V. noct. artic. cap. 6 ex Neotericis, VV off. l. Lazio lib. 9. comm. Reipubl. Rom. cap. 18. & Joh. Meursii F. de Coronis. cap. XV. p. 77. e) Ovid. lib. II. Amor. Eleg. 12. Virg. Ecl. 8. Plin. l. XV. cap. ult. XIV. cap. 23. lib. VII. cap. 6 p. 333. a. f) Felt. Pomp. lib. 18. Patercul. lib. II. Servius Maurus ad vers. 711. lib. 8. Aeneid. Anton. This. J. C. in Roma illust. p. 274. Liv. lib. VII. Dec. 4. C. Tacit. lib. XV. Annal. Cicer. Orat. in Pisonem,

aureis, alii pro genere & fortuna argenteis, ferreis, exq̄ setis, vel crinibus mulieribus, scientissime complicatis laqueis, sequebantur. (a Si vero bello capti non fuissent Duces, sed in acie occubuerant, vel fugerant, imagines & vultus pro veris corporibus præferebantur, & sub Triumphantis pedibus effigiebantur. (b.

APHORISMUS VII.

Materia ex qua, quis apparatus Triumphus fuerit.

§. 1 Ornamenta huc pertinent Triumphalia, quibus splendor & apparatus conciliabatur, & dignitas quædam Regia oculos præstrictura; In ornamentis recenset Dempsterus. (c.

§. 2 (1) CORONAM, † Coronæ vero militares erant in multiplici discrimine; Nam alia triumphales, alia obsidionales, alia civice, alia murales, alia castrenses, alia navales, alia ovales, alia olæagine. De septem prioribus vid. A. Gell. (d. Hic in specie de Triumphali corona. ††

§. 3. Huius vero Triumphalis coronæ materia, initio fuit (1) Laurus, ex lauro autem ideo; vel quod spectatissima in monte Parnasso; vel quod fulmine afflari nunquam compertum; vel quod suffimentum cædis hostium sit & purgatio; vel quod denotatur possessio pacifica. Alex. ab Alex. (d Masutius putat fuisse myrtum. Materia (2. fuit aurum, † corona autem erat vel inaurata, vel solida, unde & aurum coronarium (e Hanc autem coronam non ipse Triumphator gestabat, sed tantum in curru triumphali super verticem posita fuit. (f

§. 4. † Joh. Meursii F. de coronis. c. XI. p. 65. Leges Rom. jubebant, ut quorundam sermo fuit, utrumq̄, iis qui coronas certaminum ferebant, fieri. Primi omnium introierunt qui coronas quas meruissent, ferebant; in quibus scriptum erat nomen & genus certaminis.

†† Triumphales coronæ duorum erant generum, Priorem locum obtinuit illa, quam exercitus Imperatori dabat; Hujus duæ fuerunt species. Una Laurea, quam capite gestabat, Altera aurea, ex auro effigiato, in speciem Lauri, Alterius generis fuerunt illæ, quas Provincia ductori exercitus Romani, cum è militia Romam redibat victor, gratulationis ergo certatim mittebant: ibid.

Coronæ Triumph. sunt aurea, quæ Imperatoribus ob honorem mittuntur, id vulgo dicitur, aurum Coronarium.

Servius Maurus ad vers. 711. lib. 8. Aeneid. Anton. This. J. C. in Roma illust. p. 274. Liv. lib. VII. Dec. 4. C. Tacit. lib. XV. Annal. Cicer. Orat. in Pisonem,

§. 4. (2. CURRUM * qui instar turris cuiusdam rotundus erat, † aureus, aut eburneus, inauratus, gemmis saepe ornatus, atque ut victoriæ aliquas notas spectaret populus, sanguine respergebatur. (g. Licet autem principio Urbis non curru Triumphali, nec equo vehi triumphantes, sed pedibus incedere assueverant; Romulus enim cum de Veientibus triumphasset, sine curru, sed pedibus egit triumphum.) Sed postea equo vecti de-
 mum curru quadriiugo triumpharunt. (h. *
 g) A. Gem. noct. Att. V. cap. VI. p. 179
 h) L. Sen. lib. I. de Clement. cap. ult. Virg. lib. II. Æneid. Claudian. de VI honor. consul.

§. 5. (3. EQVOS, qui erant quatuor coloris albi; nonnulli tamen Elephantis, Leonibus, & cervis usi fuerunt. Pri- mus autem fuit Tarquinius Priscus, qui de bellatis Thuscis, quadri- iugo curru triumphavit, Camillus, quod antea licuit nulli, n triumpho albertibus equis urbem iniit, ut vult Plutarchus & Livius. Pro- cedente mox tempore Pompejus M. triumpho Africano, & divus Cesar Gallico, Elephantis; Marcus Antonius Leonibus ad currum præter aliorum instituta triumpharunt. Nero autem Cesar her- mophroditas equas portenti loco ad currum duxit. Helioga- baldus maiore infania, quaternis canibus, mox tigribus vectatus fuit. Aurelianus cervis ad currum triumphavit. (k
 i) Alex. ab Alex. lib. I. Genial. dierum. p. 36. a. cap. 22. Joh. Zonar. T. III. Anali. k) Propert. lib. I. Eleg. VII. Ovid. lib. I. de arte amandi. Virg. lib. 12. Æneid. l) Alex. ab Alex. Gen. Pu- Dier p. 332. b. m) Val. M. lib. IV. cap. IV. tit. V.

§. 6. (4. AURIGAM, Qui erat ipse Triumphator. [l.

§. 7. [5. TOGAM, Hor. l. c. V. Liv. Dec. I. lib. X. Dec. 3. lib. X. que erat picta, [ita dicebatur, quod stellis distingveba- tur;] & tunica palmata sive clavata * solet vocari, m utraque purpurei coloris erat & cocci probatissimi. Pu-
 amandi. Virg. lib. 12. Æneid. l) Alex. ab Alex. Gen. Pu- Dier p. 332. b. m) Val. M. lib. IV. cap. IV. tit. V.

† De Corona inaurata Tertull. de cor. milit. c. 12. Solida, Plin. l. XXXIII. c. 1. Isid. lib. XII. c. 2.

* Currus erat rotundus, Turn. lib. III. adv. c. 16. ex ebone, Ovid. lib. III. de Pont. El. IV. Tibul. l. eleg. 7. aureus & inauratus Fl. III. s. Propert. lib. I. eleg. 16. Horat. Ep. Od. 9. Liv. lib. X. Dec. I.

* Tarquinius Priscus sive Valerius Publicola, quod Thuscos bello occiderat in urbem Romanam triumphans curru invehatur: teste Macro- bio. Paulus & Amilius primus de victo Perseo in curru aureo triumphavit. Euf. lib. IV.

† Currus aliis appellatus carpentum, aliis rbeda, aliis aliter;

* Palmata quia palma imago huic impressa Isid. L. 18. 2. propterea v. palmam signum esse victoriæ placuit, quoniam ingenium eiusmodi ligni est, ut urgentibus & opprimentibus non cedat. Plut. lib. XVIII. Symp.

Gel.

n) Isid. lib. XIX. cap. II.
 o) Gell. noct. Att. lib. V.
 Tert. in libro de coron. mil. cap. 12. Arrianus Epist. lib. II. c. 24.
 Rhodiginus lib. III. antiq. lect. cap. VII.
 Turæbus lib. II. c. 16. Servius Honoratus ad lib. 4. Æneid. Virg. v. 543. Plinius lib. VIII. c. 2.
 Val. M. lib. IV. text. V. c. 4. Dalechampi ad Plin. lib. VIII. c. 43. Isidorus lib. 18. c. 11. Halicarn. lib. V. Liv. de c. de III. lib. 10. Buleng. in Com. de Triumf. cap. 30.
 p) Genial. dier. lib. VI. cap. VI. p. 330.
 q) in Messenica lib. 4. p. 245. edit. Græcolat. Sylburg.

* Pugna enim signum erat tunica coccinea: Hanc Romani, ubi decretum erat pugnare, tunicam coccineam in hasta proponebant, ut eo signo milites monerentur se & arma parare, simul & accenderent ad pugnam, ut ita existimarent, sibi pro vita esse dimicandum. *Jacob. Pontan. Bell. Att. p. 169.*

§. 8. (6) SCEPTRUM. Quod erat eburneum † inque summitate aquilam habebat. (n.)

APHORISMUS VIII.

FORMA includit Triumphandi solennitatem tum quoad antecedentia, quæ solennia antecesserint.

§. 1. ANTECEDENTIA graphicè depingit Alex. ab Alex. (o) Decreto, ait, Triumpho, Romani Magistratus, & omnes tribus obviæ flaminesque purpura & Sacerdotes ac Pontifices apiculis velati, laudantes gratulantesque atque Viri Triumphales, Consularesque, cuncta Nobilitas & Senatus in prætexta & lati clavis, tum omnis Sexus & ætas frequentes cum Conjugibus & liberis in lætitia publica omnibus denique ordinibus effusis cum gaudio ad excipiendum visendumque prodibant; Imò per vias omnes omnis sexus & ætas flores spargebant, undique thuris & odorum copia exhalante Triumphatorem excipiebant: (p)

§. 5. Hac à *φυλλοβολία* utebantur & alii apud Triumphos. Sic enim Pausanias (q) refert; Aristomeni, Messeniorum Duci ex prælio contra Spartanos feliciter peracto reduci *Andoniam* urbem ingredienti, mulieres quacunque incesse- rit, tæmias, & ut anni ferebat tempestivitas, flores & fructus coniecisse. Insuper & omnes vias urbis per quas Triumphus ducebatur, floribus, fertis, ac suavissimis odoribus cumulabant.

Exi-

Gellius lib. III. c. 6. Vestis vocabatur Trabea, non quidem sacra, regia l. Senatoria l. equestris; Sed consularis & triumphalis, color erat purpureus auro intertexto quod constabat ex Plinio lib. 9. c. 36. Sveton. in Neron. c. 25. Macrobius 19. lib. V. dierum genial. cap. 18.

† Apellatur à Livio, Scipio Eburneus lib. X. dec. 3.

† Triumphantem quoque in manu tenuisse laurum decerptam ex Sylva è ramo lauri Livie Drusille ab aquila cum gallina ingremium dejecto enata, ex qua & coronam capite gesit, Plin. l. XV. c. ult.

Eximium huius rei exemplum est apud Plutarch. (r) Item huius rei meminit Ovidius. (s) Quibus omnibus quid aliud, quam hac florum & coronarum sparsione publicæ lætitiæ & gaudii argumentum indicare voluerant. Quemadmodum enim lætatio vestium indignationis & tristitiæ; Ita hæc πολλοβολία publici gaudii evidens fuit documentum & signum.

(r) in vitâ Emiliii Pauli.
(s) lib. IV. Trist. Eleg. II. v. 49. & lib. II. Epist. ex Ponto Epist. I. v. 35.

APHORISMUS IX.

Forma quoad concomitantia, ubi ipsa Triumphii solennitas describitur.

§. I. Sequitur nunc ipsa *Triumfanti solennitas*, quæ tanta & talis, ut vix in compendio describi queat. † Hic ad pacendos voluptate animos, oculosq; explendos, urbium, oppidorum, castellorum, montium- fluviorum, regionumq; hostiliū referebantur, simulacra exsculpta pegmatis & ferculis vel ex ligno, vel ex argento, vel ex auro, ferro, ebore, & alia materia efformatis. †† Ipse Triumphans, cui tantus honos dabatur, curru aurato sublimis, quatuor insignibus equis, ceteris altior & magnificentior vehebatur, præcedentibus licitoribus coronatus in purpura cum insignibus Imperii & Magistrat; quæ gerebat; († Sequebantur Duces captivi hostium, quibus catenæ iniiciebantur & quidem collo, brachio, manibus, cruribus. Una incedebant tibicines, aut citharædi, canentes odas Triumphales, aut etiam Classicum. Hos insequiebantur scutiferi, scriptores, aliiq; ministri exercitus: tum obsides, quos tormenta bellica & catapultæ insequiebantur, sed & cælatum argentum hostibus ereptum lætantis civitatis oculis ingerebatur †† Ferebantur deinde signa militaria nō erecta, sed inversa, clypei & alia arma hostibus erepta omnis generis spolia; partim plaustris vehebantur, partim gestabantur adolescentibus ornatis. † Et quicquid deniq; miri in devictis regionibus esset, & civium oculis placiturum. Totum v. agmen claudebat, quidam penè elirus talari veste, & fimbris aureis & armillis ornatus, qui ineptâ gesticulatione r. sum omnib; moveret, hostibusq; illuderet. (u).

(t) Ovid. Trist. II. Tribull. l. Eleg. 7

(u) Livius Dec. I. Lib. 4.

† Ovid. lib. II. de Pont. El. I, lib. III. de Pont. El. 2. Claud. lib. III: Propert lib. II. El. 2.

Ur-



+++ Urbes enim & montes & flumina, & regiones, quas Imperator bello domuisset in triumpho, Duci vetusti moris erat. Quare T. Quintus Dictator, Præneste in dedicationem accepta signum Præneste duxit Triumphans; (Præneste, vulgo Palestina, oppidum Latii edicto in loco naturæ munito situm; Ita dictum à Præneste conditore Latini filio, Ulyssis & Circes nepote) & M. Marcellus Syracusas & Scipio Asiaticus, centum triginta oppidorum simulacra, uno Triumpho detulit, Alex. ab Alex. lib. VI. c. VI. p. 333. b.

++ M. Fulvius in triumpho, quem de Ætolis & Cephallenia habuit, vasa aurea & argentea, tum coronas aureas magno numero secum duxit, Alex. ab Alex. lib. 6. p. 331. Legimus quoque Scipionem, cui Africano fuit cognomen, bello Carthaginensi; ex præda argenti collati, pondo num: CCCC. & vasorum aureorum pondo ducenta millia. Paulum Æmilium de victa Macedonia, vasorum aureorum, auriq; & argenti signati tantum detulisse, ut ex illo populus Romanus tributum pendere desierit. Cornelius Sylla etsi splendido triumpho minus intulit, tamen transtulit auri pondo. 15000. Argenti verò 115000. Alex. ab Alex. lib. VI. cap. VI. p. 337. Anton. Thys. in Rom illustrata p. 332.

☞ Lucullus longas & rostratas naves decem ultra centum in triumpho duxit.

(x) Jacob. Pont. Soc. Jes. atticabell. p. 42. de triumph. ingress. Caroli. Dio Coccejan. l. LXI. Perphyr. ad Hor. tat. lib. IV. ad secund. od: Jul. Cæs. Bellen: in Comment. de Triumph. cap. 23. Xiphilius in Neron. C. Crisp. Sal. Bel. Catil. p. 107.

§. 2. Hactenus solennia quæ curram præcedebant; Sequebantur Senatores, cives redempti & hostilibus vinculis liberati, ++ & milites ipsi, equites quidem turmatim & cohortes peditum suis quæq; ordinibus. Post milites legati aut centuriones, incedebant deniq; Popæ Sacrificuli ac victimarii in turmas divisi, bovemq; candidum, ante se agentes, cultus sacros, thus, molam, & alia ad apparatus necessaria gestabant. Atque hoc modo per Urbem totam à porta triumphali per viam sacram ad Capitolium Imperator ferebatur; Hostes in carcerem conjiciebantur, ibiq; strangilabantur. (x)

++ Hi captivi v. servitute exempti, & libertate donati, omnes capitibus rasis & pileati, quasi effogisse servitii tempestatem viderentur, ibant. Quare Titi Flaminii curram, qui de

Ma-

Macedonia & Nabide triumphavit, Romanorum supra duo millia captivorum, qui bello capti ab Hannibale devenditi fuerant, quos per universam Græciam conquistos redemerat, liberi post liminio capitibus rasis secutifunt. Quimōs Syracusanis frequens erat, ut captivos equos tonsis crinibz, Victores autē lauro coronatos ducerent in triumpho.

APHORISMUS X.

Solennia quæ & qualia subsequuta fuerint actum Triumphatorium.

§. 1. Postquam mors Ducum captivorum jam esset nunciata Triumphatori, Sacrificium instituebatur tauri candidi, (Victima erat taurus candidus, isqz à Menavia petitus, ubi Clitūnus aqua suo epota candidos boves reddere, credebatur. Virg. *LII. Georg. v. 146. Ovid. lib. 4. Trist. El. 2.*) in Capitolio, Jovi. Junoni, Diis & Deabus aliis, ibique preces concipiebantur pro felici bellorum successu, rogabatqz Triumphator, ut res Romanas foveant & protegant. ** Tum dicata Jovi, fuit aurea corona & aliquot pretiosæ manubiæ, clypei & alia monumenta. (y)

y) Bulenger in Comment. Triumph. cap. 37. C. Crisp. Salust. Bell. Catilin. pag 107.

** Oratio Triumph. ita fuit. Gratias ago tibi Jupiter optumè Max. Tibiqz Junoni Reginae, & cæteris custodibus & habitatoribus hujus arcis, Diis, lubens lætusqz ago, re Romana in hanc diem & horam, per manus quod voluisti meas, servata benègestaqz eandem & servate, ut facitis, favete, protegite, propitiati, supplex oro.

§. 2. Superest EPULUM TRIUMFALE, quo Triumphator in porticibus templi amicos excipiebat; † (Locus, in quo hoc convivium magnificentissimū celebrabatur, erat vel Capitolina cella, vel Capitolina porticus, vel templum Herculis, vel alius urbis locus teste Dione lib; LV, Alex ab Alex. lib. VI. cap. VI. Genial. Dierum.) Consulem quoqz invitabat, solemnibus verbis; Rogans tamen, ut venire supersederat, ne quis eo die, quo ille Triumpharet, majori in convivio eodem esset imperio (z)

z) Plutarh. probl. Rom. c. 88. Val. M. lib. II. c. 8. C. Crisp. Salust. Bell. Catil. p. 107. Alex. ab Alex. Genial. Dier. lib. VI. p. 333. 6.

§. 3. Cænatus Imperator à convivio domum reducebatur è Capitolio, & ut memoria conservaretur * de columnis & statuis ap. Rom. Vid. Plin. lib. XXXIV. c. 5, 6, v. Val. Max. Lib. II. c. V. XV. * hujus, erigebantur columnæ, statuæ + + + arcus Tri-

C

umfales †*† Trophæa †† & alia monumenta; quæ imponebantur, instar æterni Triumphæ.

††† Statuæ erant in multiplici differentia: *Aliæ* erant Triumphales, *aliæ* pedestres, *aliæ* equestres. In pedestribus, quæ frequentissimæ manus exertæ, quo imperium significare voluerunt, nam una manu clypeum prætendebat, altera imperantis specie extendebatur. *Equestres* non nisi gravissimis de causis concessæ erant. Hic nobis de Triumphalibus.

†*† ARCUS olim honoris & virtutis causa erecti sunt iis, qui externis Gentibus domitis, singulares victorias Patriæ pepererant. Ii primum rudes & simplices fuerunt. Seculo insolentiore monumenta victoriarum & triumphorum pompa, fuit in iis incisa. Erant autem latericij, ut Romuli; aut ex rudi lapide quadrato, ut Camilli; aut ex marmore, ut Cæsaris in foro. (Arcum triumph. Domitiani descripsit Blondus Flavius Forliviensis in Roma instaurata, lib. II. cap. XVI) FORMA arcuum primum erat semicircularis, unde & nomen fornicis accepit: Postea quadrata, ita ut in medio ampla esset porta fornicata, & ex eiq; portæ utroq; latere aliæ minores additæ. Intra mediæ portæ fornicem Victoriæ alatæ pependere, quæ demissæ Victori transeunti coronam imponent. In superiore arcus parte Spatia sunt, in quibus aliquot homines, vel qui tubis canerent, vel qui insignia trophæa ostenderent, stetisse videntur. Hæc magnificentia Augusti temporibus & paulo ante cœpit. Nam de Cæsaris arca, Servius; de Drusi, Suetonius; de Germanici & Neronis, Tacitus; Novitium hoc inventum ait Plinius, non quod arcus ante Cæsarem tempora non fuerint, sed quod tali ornatu non fuerint † Locus in quo erigebantur, arcus & statuæ fuit *vel* Comitium, *vel* Forum, *vel* Palatium, *vel* Capitolium *vel* deniq; Cella Jovis. *Alex. ab Alex. lib. VI. cap. in fin.*

†† Trophæa; † quid fuerint, quam diversum, quibus, quo loco † statutum. *Alex. ab Alex. Genial. Diar. lib. I. cap. 22.* † Trophæum, ἀπὸ τῆς ἰσοπῆς, à conversione hostis, erat monumentum, illis in locis, quibus hostes victi essent, erectum, l. marmoreum, l. æneum, cum armorum congerie, inscriptionibus & titulis. *Ros. lib. X. 29.*

* Locus, in quo erigebantur *trophæa*, vocatur hodie *Cimbricum*, quod de *Cimbris* à C. Mario *trophæa* illa erecta sunt. *Alex. ab Alex. lib. VI. cap. VI*

APHORISMUS XI.

Quæ in hoc capite restant, sunt tum adjuncta, tum Triumphi divisio: Itaq; jam de adjunctis.

§. 1. Adjuncta ut annectamus hisce magnificentissimis Triumphis & Victoriis, Triumphator s. Imperator suspensum de collo habuit fascinum, ut ita cogitaret se esse etiam hominẽ (a. Imo carnifex, minister publicus, vehebatur, ut testis est *Zonaras*, [b qui pone coronam auream, gemmis distinctam sustinens, eum admonebat, ut respiceret: id est ut reliquum vitæ spatium provideret, nec eo honore elatus, superbiret. (c & hoc non modo in triumphali pompa, sed & in ipso convivio triumphali, de quo supra Aph. 10. §. 2. ut & apud *Petrum Crinitum*. (d Appensum etiam erat curru tintinnabulum & flagellum, cujus adjuncti rationem suggerit *Magius*. [e Nimirum, ut moneretur, ipsũ in eam calamitatẽ incidere posse, ut & flagris caderetur & capitale damnaretur. Nam qui ob facinus supremo supplicio afficiebantur, nolæ gestare solebant, ne quis inter eundem contactu illorum piaculo se obstringeret. [f. Moris etiam erat, ut Triumphantium ora minio illinerentur. Deinde filios, pueros, & cognatorum virgines in currum adsciscebant. Natu verò grandiores, equis jugalibus imponebant. (g Quid quæso hisce aliud quam vanitatem, imò dubiam, incertam, fluxam, & miseram vitæ humanæ conditionem delineare voluerunt.

§. 2. Eodem modo legimus Legatum Mauritiĩ Imp. ferociam Cagani Regis Avarum, commonefactione rerum humanarum mitigasse. Retulit enim ille historiam de *Sesostri Rege Aegypti*, is solitus fuerat vehi in curru auro, qui à quatuor Regibus captivis trahebatur. Quum autem unus ex illis Regibus sæpe respiciens rotam intueretur, interrogatus à *Sesostri* cur toties respiciat; Respondit, intueor rotæ volubilitatem, in qua citò ea quæ summa fuerunt, fiunt ima, cogito de fortuna nostra. Hac admonitione motus *Sesostri*, factus est moderatior & Reges liberavit. Simile quid accidisse

a) Plin. lib. 28. c. 4.

b) lib. II. annalinum.

c) C. Crisp. Sal. Bell. Cantil. p. 107. Camer. Hor. Subciv. part. 1. cap. 12. p. 76.

d) lib. 24. honest. diff. c. V

e) in elegantiss. libel. de tintinnabulis.

f) Salustius l. c. Camer. l. c.

g) Corn. Tacit. lib. II. Annal. & c. Crisp. Sal. pag. 107.

legimus, Pomponio Lato, In vita Justiniani; Quum Justinianus Caesar Gelimerem Vandalorum Regem vinctum catenis una cum uxore & Regia Familia in Triumpho duceret, is in conspectum Imperatoris ductus pleno ore risit; Quum itaque eum ingenti dolore perculsum mente captum esse putarent Ferunt illum dixisse; Se ridere fortunæ vicissitudines humanæ ut qui modo Rex fuisset, jam serviret; Considerans itaque ejusmodi fortunæ volubilitatem. His consideratis sumpsit sibi Symbolum Paradisi quod inter heroica sua posuit; NIL SOLIDUM. [h] * Si qui fortunati indebellandis hostibus fuerunt, eos Aquilas dicebant; quod honoris cum Pyrrho haberetur: Per vos, agebat, sum aquila; Modestissime gloriosi nominis invidiam declinans suamque laudem in milites transferens. Plutarch. in Pyrrho.

h) Cam. hor. subciv. part. I. cap. 12. p. 76. 77.

i) part. II Der güld. Sendschr. Gvævarræ p. m. 78.

k) confer. El. tract. de annulis Kirchm.

l) Georg. Fab. in Antiq. Rom. p. 155.

m) autor cit. p. 157.

n) autor cit. p. 220. 229.

o) lib. III. cap. V. Plin. lib. XV. cap. 29. Alex. ab Alex. Genial. dier. cap. 6. Lib. VI. p. 330.

§. 3. Huc, inter adjuncta Triumphi quoque pertinet, ANNULUS FERREUS (i) in quo triumphabat. † Annulis autem aureis olim uti, non fuit jus, nisi quis publice illos accepisset. (k) Huc pertinent quoque *Dona militaria*. Triumphali enim habitu ornatus, & indutus Imperator, & dextra laurum tenens militibus publicè quibusdam etiam seorsim laudatis pecuniam dabat; armillas, hastas sine ferro & coronas. (l) Huc pertinent quoque & *Spolia opima* dicta, quasi opulenta, quæ duci à duce erepta erant, & in æde Jovis Feretrii propè Romuli Spolia dono figebantur. (m) Huc pertinent quoque *Ludi & Spectacula* (n) quæ dari mos erat post Triumphum sequentibus diebus, [o] ut sunt Ludi Scenici, Ludi circenses, &c. conf. Polybium & Vopiscum in Aureliano. † Primum hisce annulis aureis Triumphantes tant. utebantur, post modum vero *Equestris dignitatis insigne erat*. Qui n. in ordinem Equestrem cooptabantur, annulo aureo, ceu dignitatis hujus ornamento donabantur, ut sæpius anuli pro Equestri dignitate famantur apud Autores Inferioribus seculis *ingenuitatis* erat nota, ut ingenui haberentur, qui aureum anulum essent adepti. *Magnif. Dn. D. Krom. de Eccl. Christi meritisimi Theol. Præcept. aviternum honor: Eccles. histor. p. 14.*

APHO.



APHORISMUS XII.

Tandem quod restat, est Triumphi divisio, quam varius & quotuplex ille fuerit.

§. 1. Triumphorum genera erant varia, quæ æstimare licet, *vel ex loco ubi fortiter pugnatum.* Suntque Triumphi, alii terrestres, alii Navales; *Terrestres* dicebant, qui terra rebus feliciter gestis agebantur, horumque primus apud Romanos fuit Romulus; *Navales* v. dicebantur, qui mari rebus feliciter gestis agebantur horumque primum apud Romanos duxit C. Div. DUILLIUS A. U. C. 493.

§. 2. *Vel ex loco ubi feliciter de Triumpho decretum,* suntque Triumphi alii Romæ acti, alii in Albano monte. In Albano monte primus triumphavit M. Papyrius Masso A. U. C. 522. de quo Val. M. (p)

§. 3. *Vel à pompa* sunt Triumphi alii Minores, alii Majores: *Triumphus Major* incurribus erat, & laureatus dictus honoratior existebat. *Minor* † dictus communiter *ovationis* ¶ Auctor & primus triumphis minoris vel Ovationis fuit Publ. Posthumius Tubertus Cōsul A. U. C. 250. fuit eorum, qui hostes absque sanguinis profusione fugassent. Ibi enim Victor, non curru, sed pedibus, ut non nulli volunt in arcem procesit cum pompa militum usus corona myrtea. Quid autem ovatio sit, unde nomen habeat, & quomodo à Triumpho differat explicavit Rosinus.

¶ Proprie *Ovatio* est minor Triumphus, qui enim ovationem meretur, & uno equo utitur, & à plebeis, vel ab equitibus Romanis deducitur ad Capitolium, & de ovibus sacrificat: Unde & ovatio dicta. Qui a triumphat albis equis utitur quatuor & senatu præeunte in Capitolio, de tauris sacrificat. ¶ Ovantes lætantes esse, inquit Festus, quem mittunt redeuntes è pugna victores milites geminata littera O. Huic opinioni favet Dionysius Halicar. Plutarch. in Marcello hanc rejicit, & ovationem ab ove deducit, quia illi ovantes ovem sacrificarunt. Camerarius putat ovationem proprie dici de corvorum voce, ac μεταφορικώς usurpari de acclamatione militari

p) lib X. cap. 28. Bule- nus. de Tri- umf. cap. 14. & Onuphri9 Panfinius Comin. de Triumf. c. 3.

ri in triumphis. Mihi placet, vocem à minori triumpho ad cor-
vose esse relatum, ut supra ipse Festus. Alii volunt esse profe-
ctū è Græcia, ubi Olympionicis acclamaretur, ὀλυμπιονίκαι
ἄα, πυθιονίκα ἄα, ut Xiphilinus ait. p. 181. Sed absq̃ du-
bio vera est sententia Plutarchi, qui ab Ove dictam ait, eo
quod in Minori triumpho ovis, non taurus, uti in Majori, sacri-
ficaretur. Eamq̃ ethym. etiam legere est apud Servium in
IV. Æneid.

Differt ovatio à triumpho, ut ait, Dionysius Halicarnaseus, quod
qui ovans ingreditur, is nec curru vectus, nec trabeam, nec
togam pictam indutus pedibus urbem exercitu præeunte
iniret. Plutarch. autem eundem nec quadrigis in vectum,
nec laurea coronatum, nec tubis concinentibus; Sed pedi-
bus & calceis myrtea redimitum, tibiis modulantibus ur-
bem iniisse. Quibus de causis ovare soleant, & quomo-
do ovatio differat à Triumpho. Docet Alex. ab Alex. lib. VI.
cap. 17. Antonius Valtrinus de re militari, Onuphrius, Panvinius
de Triumpho. Cesar Bullengerus de Spoliis Bellicis. Ab ovan-
do, aureum ovatum Persio dicitur pecunia manubialis, quæ
aurum trophæorum appellat Ovid. lib. II. de Ponto ad Ger-
manicum.

Hæc nobis sufficiant dixisse de TRIUMFO
brevissimis.

GLORIA TRIUMFATORI
NOSTRO.

AD

Circulus est. Bellum tibi nunc parit ipse Triumphus;
At bellum hoc rursus pariet tibi, crede Triumphum.

*Gratulabundus apposuit Eximio Dn.
Respondenti*

D. JOH. ADAMUS Scherker /
SS. Th. & Ebr. Lingv. Prof. ord. A-
lumnor. Electoralium Inspe-
ctor, & Majoris PP. Col-
legii Collegiat9.

Victor eris pugnando hodiè: Te namque Triumphus
Victorem nobis prædicat ipse Tuus.

Gratul. ex animo f.

M. VAL. ALBERTI,
Metaph. & Dial. P.P.

**AD ORNATISSIMUM DN. RESPONDENTEM
AMICUM SINGULAREM.**

THINCKELL, an *Lapis* es, seu *funda* prehensa *Davidi*
Quò Goliatheum percutit ille Caput?
Et *Lapis* & *Funda* es. *Lapis*, Artis in amne politus;
Funda es; nam per Te tela sua ille jacit.
Ergò quos jaciunt alii, Tu prende lapillos:
Mitte retrò atque illum Teque tuere probe.
Sic Tibi, quem præters nemo eripuisse Triumphum
Quibit, Quod quò sic fiat, Amice precor!

Tuus sine faeco

M. MICHAEL Marggraff.

F I N I S.



4094

QKTC 1334

D. JOHN ABRAHAMSON
22, The Strand, London, W.C.2

THE STRAND, LONDON, W.C.2

THE STRAND, LONDON, W.C.2

THE STRAND, LONDON, W.C.2

THE STRAND, LONDON, W.C.2

THE STRAND, LONDON, W.C.2

THE STRAND, LONDON, W.C.2

THE STRAND, LONDON, W.C.2

QKTC 1334



G.K.
432
28'

T
R

M. JO

JOH A

DISSI

PU

Inclyt

GE

618

II c
1334

ORIS

consensu

F O
UM,

RUDI-

ORICAM

BITIUS.

ICKELIO

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK
HALLE
(SAALE)

BIBLIOTHECA
ONICKAVIANA



Kodak
LICENSED PRODUCT
Black

© The Tiffen Company, 2000

KODAK Color Control Patches

Centimetres

White 3/Color
Magenta
Red
Yellow
Green
Cyan
Blue